Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8405
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

milia et argenti mille milia talentorum eris vero et ferri non est pondus vinci
tur enim numero magnitudine ligna et lapides preparaui ad vni
uersa impendia. Hec dicens etiam dedit Salomoni filio suo descriptio
nem templi et atque operis et hec inquit omnia venerunt scripta manu
domini ad me ut intelligerem vniuersa opera exemplaris. Quod illud dicere
an legimus ut audiuimus. Nunquid non eum quoque cum esset propheta huiusmodi
ostensionem vidisse arbitremur ut dicitur ei quod dictum est et moysi de
tabernaculo faciendo. Inspice et fac secundum exemplar quod tibi in monte
monstraui. Salomon quoque aurum et argentum non ex rapinis sed
ex dei dono habuit. Nunquid talibus ac tantis Herodes nebulo
sese conferre debuit. Sequitur Capitulum xiiij.

Super illius hominis opere plus omnis leticia effici tanquam peccatori
non debuit adulari. Sed imprudens leticia completur et primum quidem
de precelsitate decoris quas agebat. Deinde de alacritate regis quam in
dedicatione habuit laudibus extollebat. Merito eius cor in fletu
et gaudium verti debuit in merore. Verumtamen sciendum quia licet
herodes mutauit parietes et spectandas pro sua gloria magnos con
gesserit lapides quos admirari poterat discipuli quoque Christo dicen
tes Magister aspice quales lapides et quales structure non tamen
depositum ut mutatum fuit altare. Quod si euenisset multo amplius
mirari posses homicide ymo parricide tantum licuisse ut re
ligionis caput id est altare ipse poneret cum ipsius ut inquit [filius] hoc facto
deo pro pertinens ad hostiis legalibus presentari deberet. Hec breuiter
de templo dicta sint ut iam videat prudens laudator iudicium dei.
Quia preter causas alias propter quas templum illud manere non
debuit Ista quoque causa nocere potuit ut non quomodocumque sed nimis
male nimio cum fragore quem totus orbis audiuit caderet quod ille
fabricauit homo hostis inimicus dei. Nunc ad susceptum sermo redeat
prophetice veritatis capitulum. Sequitur capitulum xv.

Et lybanus inquit cum excelsis cadet id est dicatur. Quia grande illud
lygnum excelsum ceciderat in eo vidit quod sceptrum de iuda et dux de
femoribus eius defecerat. Funestus herodes regiam stirpem ferro ex
stirpabat et extinguere non cessabat. Unde usque regium proprie sub deo elegerat
quaecumque ex domo ut eam sua ymmo marie sua de domo ut genita regie
quippiam estimauit obsecerat. Quandam denique coniuge regie stirpis

Quod plus super illius hominis opere nequaquam letari neque tanto peccatori debuisset adulari :·

De Seuitia herodis qui regiam et sacerdotalem stirpem delevit et suos quoque filios trucidauit :·